

- dicuntur. Sub centurione vero sunt, qui non in prima, sed qui in secunda centuria sunt, qui et ipsi instructi spiculis in bello sunt; ut si prima defecerit, isti, quos subesse diximus, laborantibus primi subveniunt et ad insidiandum ponuntur. Subcenturiati, qui armis dolo-
- 75 sis instructi. Manipulus ducentorum militum, qui bellum primum manu accipiebant et fasci/culos stipule seu herbe alicuius pro signis faciebant, a quo signo manipulares dicti sunt. Turma triginta equites sunt. Romani enim in una tribu tricentos *militēs* posuerunt. De singulis enim centuriis decem dantur et fit turma. Cohors quingentos
- 80 milites habet. Tria namque sunt militiae genera: sacramentum, evocatio et coniuratio. Sacramentum, in quo post electionem iurat unusquisque miles se non recedere a militia, nisi post completa stipendia, id est, militiae tempora; et hi sunt qui plenam militiam habent. Nam
- 85 viginti quinque annis tenetur. Evocati sunt, qui ad subitum bellum non solum milites sed et ceteri vocantur. Unde etiam consules soliti erant dicere: Qui rem publicam salvam esse vult, me sequatur. Coniurati enim sunt qui in tumultu quando vicinum urbi pericu-
- lum *imminet* iurare non patitur. Sed repente colligitur multitudo, et
- 90 tumultuosa in ira conflatur. In acie autem iste forme fere sunt: exercitus, classis, nodus, cuneus, ale, cornua agmenque forma. Acies ferro armata est. Cuneus est collecta in unum militum multitudo. Unde propter coit, ipsa coitio in unum. Classes sunt exercitus divisus. Nodus est densa peditum multitudo, sicut equitum turma, que vix pot-
- 95 est resolvi. Ale autem sunt equites qui tegunt pedites. Cornua sunt extremitas exercitus, que intorta est. Agmen est que in longitudinem directum est, qualis est cum/exercitus e portis procedit. *Erant in urbe trecenti senatores, qui patres appellabantur et in ordines tres dividuntur.* Primi ordines senatorum dicuntur illustres, secundi expecta-
- 100 biles, tertii clarissimi; quartum aliquod genus non est; quamvis e senatoria quisque origine esset, usque ad legitimos annos eques Romanus erat; deinde accipit honorem senatorie dignitatis. Censor *urbis* qui iudicat. Censor patrimonii iudex. Erant et presides, qui preerant *singulis rebus*. Sunt et preceptores, qui pretores dicuntur, et questores,
- 105 *qui res commissas inquirent.* Erant enim procures, qui omnes honore preibant. Decuriones, qui officium Curie *imperialis* administrant, idest et curiales sunt. Principales sunt qui primi sunt in magistratu. Magistratus, qui maior erat reliquis officiis. Duumviralis partitor tabularum. Exceptor est scriba *imperii*. *A secretis qui munimina et cartas*

Is. 9,3,49

Is. 9,3,50

f. 59^{ab}

Is. 9,3,51

Is. 9,3,52

Is. 9,3,53

Is. 9,3,54

Is. 9,3,55

Is. 9,3,56

Is. 9,3,57

Is. 9,3,59

Is. 9,3,60–61

Is. 9,3,62–63

Is. 9,3,64

f. 60^{ra}

Is. 9,4,12

Is. 9,4,13

Is. 9,4,15

Is. 9,4,16

Is. 9,4,17

Is. 9,4,23

Is. 9,4,24–25

Is. 9,4,26–27